Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

mercedes. tu aut dedisti mercedes amatoribus tuis. et econtrario factum
est inter eum; dederunt dona gentibus. et mercede ad auxiliandum
conduxerunt nationes congregabunt ad pugnam. et uicti pariter
abducentur: et quia amant offerunt ad uersarius munera. ido paulisp
beneficium consequentur: ut non soluant stipendia regnis et principibus.
donec pueniant in assirios. ubi nequaquam tributa et stipendia dabunt
ut liberi sed redigentur in ultima seruitute. De heretecis non ambigu
mus. qui iuxta errorem mentis eunt es. ad assirios ascendere se putant.
non descendere. Vnde dicit ad eos ysaia. quid factum est tibi nunc quia
ascendisti omnis in terra uana. Quorum assiriorum princeps est sensus
magnus. unde in semetipso germinauit ephraim. presumptione sui
estimans se euasisse. siue onager factus est solitarius. ut non ecclesie
consita. sed diaboli deserta penetrante. Amauit munera per errore suo
ipse sibi (omnia) repromittens. siue turpis lucri gratia omnia faciens. et certe
dedit amatoribus suis demonibus munera atque mercedes. et cum hoc
fecerit tradetur gentibus. Sicut enim nationes corporalia simula
cra uenerantur sic isti idola deos putant. quae de suo corde finxe
runt. et ido reputabantur in numero nationum. Sin autem inquit
nunc et in presenti seclo egerint penitentiam. et susceperint eos cessabit
paruum super se regem constituere. et principes eius. ut intelligamus
paruum regem diabolum ad distinctionem magni regis qui societatem
cum belial habere non potest. sed statim ut receptus fuerit. de corde
credentium fugat paruum regem et principes eius. Iuxta hebraicum autem
congregabunt in ecclam di. qui fuerant ante dispersi. et mercede
sibi conduxerant nationes. et quiescent ab honore regis super quo
apis sassos ab ecclam increpat dicens. sine nobis regnatis. atque uana
regnatis. et a principibus quos habent in sinagogis diaboli con
stituti. Quia multiplicauit ephraim altaria ad peccandum facta sunt
ei in delictum. scriba ei multiplices leges meas. quae ut ut alienae
reputatae sunt. hostias offerant: immolabunt carnes et come
dent. dns non suscipiet eos. LXX. Quia multiplicauit ephraim al
taria in peccatum. facta sunt ei altaria delicta. scriba ei multi
tudinem legis prima eius in aliena reputata sunt altaria. delicta.
quia si immolauerint hostias et comederint carnes. dns non
suscipiet eas. Ducti autem in captiuitatem cessabunt paulisp ab ho
nore regis et principis. et hoc patientur: quia ephraim princeps
eorum multiplicauit altaria. non in quibus immolarent deo sed